

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude
August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 15. Funesta Francisci Bellisomi Marchionis fata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67683

72 HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXVII,

Sæc.XVIII. gua latina & confirmationem denuo in A. C. 1732. vehere moliebatur, quia in Saxonia femper in ufu fuissent, & in S. Literis fundamentum haberent.

CARPORE TO

Constitution of the last

amb(f)(F)(F)(F)

Ministra in

THE REAL PROPERTY.

H HARLE

Maria Pallago

Porro, ne hujus ritus a Catholica Ecclesia mutuati suspicio vel levis esfet, ad confirmandos fuorum animos ne ceffe erat, ut Prædicantes editis libel lis iterato inculcarent, novam ham confirmationem plurimum differre a illa, quæ apud Catholicos semper viguit, hosque a praxi Ecclenæ Apo stolicæ in suo confirmationis ritu plurimum aberrare. Gloriofum hunc la borem in fe fuscepere præsertim Chemnitius, Heilbrunnerus, Zaamannus Kilianus, aliique recentis Ecclesia Patres. Forte hi longe melius fecil fent, si fassi suissent, quod ipsi Luthe rani hunc ritum a Catholicis didice rint, quos S. Ambrosius jam in Sæ culo IV. his verbis hortabatur, Repett, quid interrogatus sis, recognosce, quid re-(ponderis. Renuntiasti diabolo & operibu ejus, mundo & luxuriæ ejus, ac volupta tibus: memor esto sermonis tui, & nun quam tibi excidat tuæ feries cautionis.

S. XV.
Funesta Francisci Bellisomi Marchionis fata.

Erat

VII.

o in-

onla teris

olica

liet,

ne bel-

lano

e at Vi.

Apo-

plu · la·

em

nus

efix

ecil

the lice

Sæ

pete,

\$ 980

ribus

epita

1214110

Erai

Frat trifte luxuriantis ingenii specta- Sæc. XVIII. culum, & ludibrium variantis for- A. C. 1732. tunæ Franciscus Marchio Bellisomus Patritius Papiensis. Hic anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio natus, Romæ & Papiæ, adeo eximios in Jurisprudentiæ studio progreffus fecerat, ut juvenis admodum in eadem Academia in Doctorum Juris Ordinem reponeretur: Paulopost sacræ militiæ nomen dedit, ac tanta morum probitate, & eruditionis amplitudine enituit, ut Innocentius XI. P. illum Abbatem S. Mariae ad Perticas diceret, & Innocentius XII. illum Romanorum Præfulum cætui adferiptum, utriusque Signaturæ Referendarium renuntiaret, quo in munere innata affabilitate, necnon laboris affiduitate sese tantopere commendabat, ut ab omnibus maximi haberetur, cunctique suave ipsius commercium ambirent: Attamen propter has ipsas blandientis fortunæ illecebras (humanæ felicitatis vitio, quæ semper ex prosperis luxuriat) nimia sui opinione insolentius instari cæpit, atque intellectus sui in obsequium captivandi impatiens, ipsas Religionis res effræni libertate dijudicare præfumpfit; pervicax enim fuperbia, (felicitatis pedissequa) neque veritatem ipsam amplecti, neque ut ab aliis recipia-

74 HISTOR. ECCLES. LIB.CCXXVII.

SERVICE BE

Selection of the last

MANAGE PORT HOLD RE

WHITE STATE OF

州湖湖州

SHE DESIGNATION OF THE

SEPHENDING PARTY

Sæc. XVIII. piatur, pati folet. Iniquissimo infu-A C. 1732. per fato accidit, ut Bellilomus cum Protestantibus occasione Jubilæi tunc Romam magno numero confluentibus arctiorem foveret amicitiam; ex horum enim frequenti colloquio fensim perveriæ doctrinæ venenum incautus hausit, haustumque imprudenter evomuit; quapropter de erroneis opinionibus manifesto convictus, anno hujus fæculi primo ad Inquifitionis Romanæ Tribunal evocatur, ac ipsius caussa mature discussa, Præsulis dignitate extitur, & demum ad decennalem custodiam damnatur: Inde vero fuga elapfus, Viennam contendit, ubi tamen ad vomitum reversus, denuo in carceres conjicitur; evoluto autem Se mestri liber dimissus, in Hollandiam Angliam & Berolinum proficifcitur, net inde reversus, donec Clemens XI. de vera ejus poenitentia perfuafus, illum ad amicorum preces ab omni noxa ab solveret: obtenta hac gratia Belliso mus Papiam & Mediolanum concelfit, ibidemque aliquamdiu quietus substitit; brevi tamen patuit, quod non tam per riculofum fit malum rerum plurimarum ignorantia, quam male comparata multarum rerum notitia; quippe Bellisomus sibi soli sapere visus, quæ suo intellectu assequi non poterat, male

711.

fu-

um mc

ous

ho-

lim

tus

V0"

110

1 us

mæ

ulla

tate

cu.

ela-

nen

car

Se

am,

neo

. de

lum

ab

11104

ffit,

itit;

pe-

rum

rata

Bel-


fuo

ale

1ada

fuada crifi vilipendit, irrifit, damna- Sæc. XVIII. vit; quocirca tanquam de fide suspectus A.C. 1732. apud Episcopum denuntiatus est; ultricem ergo S. Inquisitionis severitatem veritus, anno Salutis nostræ millesimo septingentesimo vigesimo secundo Viennam aufugit, ubi denuo mordaci, ac veneno hæresis infecto calamo sidelium offensionem & ipsius adeo summi Pontificis indignationem acrius in fe concitabat; inter alia enim anno sequenti Viennensibus literis excudi curabat tractatum de Cæsarum auctoritate in externo rerum Ecclesiasticarum Regimine: Sequenti autem anno edidit libellum, cui titulus: Nullitas judicii nunc ab Inquisitoribus usitati, & corruptelas Inquisitionis tollendi necessitas: Hæc ubi inaudiit Pontifex, Bellisomi caustam S. Congregationi dijudicandam commisit, nominatis ad hoc Cardinalium nonnullis, & quibusdam Theologis, quorum judicio decretum, ut Bellisomus Papiam reverteretur, ibidemque carceris loco remaneret, donec aliter a Sacra Sede statueretur: Verum Hic pejora haud immerito pertimescens, hanc fententium eludere, totis viribus adlaborabat, ac præprimis facti speciem, feu verius libellum fupplicem Carolo VI. Imperatori porrexit, cujus summa hæc erat:

Augu-



Sæc. XVIII. A.C. 1732.

SHOPPING HE

September 1

MANUFACTURE PARTY

(特殊計划以(科教》(9

THE PERSON NAMED IN

THE REAL PROPERTY.

推自出 事

School Philippin

Augustissime Imperator!

Ad thronum tuum, optime & sapien-"tiffime Imperator, humiliter pro-, ftratus accedit subditus tuus Berlifo-"mus, & supplex implorat gratiofilfi-"mum tuum mandatum quo jubeas exa-"minare se itentiam latam a Romanis "judicibus contra eundem, qua decer-"nitur, Bellisomum profecturum Pa-"piam & ibidem remaufurum loco " carceris, & quidem Te Domino po-"tentisimo inscio, & inconsulto."

"Nota funt Majestati Vestræ Im-"peratorum exempla, qui querelas "fubditorum Clericorum mandarunt ,, expendi, licet ipsi fuerint a Romanis "judicibus in Conciliis preffi.,

", Papæ ipfi confessi funt, ad Impe-"ratorem pertinere examen injuria-"rum, quas Romani passi fuerant a "Ministris Pontificum. Leo IV. cap. 41. "Can. 2. quæst. 7. fatetur, se Imperiali "judicio permittere, si quid contra "fubditos injuste commist "

"Neque folum caussæ Laicorum "judicatæ funt a Ministris Imperato-"rum, fed etiam Clericorum caussæ ", fæpissime fuerunt expensæ, ne vide-"licet a Clericis potentioribus indigne " vexarentur.,

"Pe

711.

en-

ro-

10-

Hi-

xa-

nis

er-

a-

CO

000

m-

las

int

nis

ia-

ali

tra

im

Tæ

e-

ne

e

"Petrus de Marca celeberrimus Sæc. XVIII. "Archiepiscopus Parisiensis, Lib. IV. A.C. 1732. "cap. 20. concordiæ facerdotii & lm-" perii quærit, an justa sit appellatio "propter abusum a sententiis etiam "Papæ? & oftendit, non appellari a re-" scriptis Papæ, sed ab eorum execu-"tione, atque cap. 20. S. 3. hæc habet : Duplex est caussa impediendi rescripta Romani Pontificis: prima eft, si pericutum scandali, & offensionis publica emergeret ob apertissimam canonum violationem: Altera, si contra omnem judiciorum ordinem per dolum, circumventionem & machinationem judicio ecclesiastico Episcopi, vel Clerici opprimerentur. (V) Suarez Lib. IV. contra Regem Anglia. Simanca, de Catholicis institutionibus cap. 45. \$.35. Convaruvias practicarum quastionum cap 39. Cajetanus, Gerson, Victoria &

Si eamdem viam insstant hodie Principes, hoc nullam eis potest invidiam creare & c. quia superiorum Principum exemplo, sapientissimorum quoque hujus ævi theologorum sententia nituntur. Qui licet amoveant omnem a Principibus in res mere ecclesiasticas jurisdictionem, tamen necessitate cogente, jure desensionis licere Principibus ajunt insustorum mandatorum executionem impedire.

" Plura

78 HISTOR. ECCLES. LIB.CCXXVII

"Plura possent ex eodem Petro de Seec. XVIII. A. C. 1732. "Marca exempla produci, quæ brevitatis " caussa omittuntur. Si quæ est caussa "mere ecclesiastica, ea est excommu-"nicatio, ex cujus abufu plurima e " merserunt scandala. Hunc tamen "abufum coercere non dubitarunt fum "mi Principes. Sic & in Hungaria "decretis Anno 1651. vetantur Eccle " fiastici contra nobiles Regni, sententian "excommunicationis promulgare absqu " scitu & notitia Regice Majestatis. "in veteri Anglorum lege eft; ne qui " Dominicorum Ministrorum excommun "cetur, nisi prius Rex conveniatur.

2000年時期

MANAGEMENT AND PERSONS

建设在在社会的

門別相對

REPORT OF THE PARTY OF THE PART

 "Quod etiam Principes Holandis "imitatos video. Idem etiam edis "Caroli V. Cæfaris continetur, quo "Anno 1540. promulgatum est. "

"Contra vero, Clavium usum divin "juri congruum, & pœnarum injun "ctionem canonibus & legibus consen-"taneam summæ Potestates solent ap "probare: Atque hoc est imperiale "Anathema, quod non una Justinian "lege comprehensum est. Quum rest 1. cum Salvatorem 1. cognoscere Cod. a sum. Trinit. Nov. 42. Vid. & Consent Tol. 3. Nihil ergo novi faciunt Chri-"stianæ Potestates, quæ ad excom-"municationem, quippe cum publis-"nominis tractatione conjunctam, noVII

o de

tatis

ulla

mu-

a e.

men

ium-

garu

ccle

etian

bsqui Ei

qui

num

ndi

edia

Juon

vim

11UA

1fen

t ap

rialt

nian

redi

1. 1

oncil

Chri

com

blica

, lunt

"lunt veniri, nisi probatis sibi caussis; Sæc.XVIII. "& quæ censuras maniseste iniquas A.C. 1732. "imperio suo inhibent. Ipsarum enim "est muneris & injuriam a singulis & "ab Ecclesia tyrannidem arcere.

Cum autem religiofissimus Imperator de noxia Bellisomi doctrina atque intemperanti ejus calamo probe instructus esset, patrocinium fuum eidem impendere recufavit, voluitque, ut hic promeritæ suæ pænæ sese subjiceret, & præfixo tempore Vienna discederet. Bellisomus huic mandato obluctari, haud consultum ratus, se mox Papiam abiturum simulabat: priusquam vero sese itineri accingeret, infamem librum de ortu & progressu Papatus tumultuario labore consarcinavit, & cum inauspicato hoc sœtu Lipsiam contendit, ibidem infaustum hunc partum publici juris facturus. Attamen perverso ejus consilio tempestive patesacto, Jesuitarum Dresdæ agentium Zelo factum est, ut die secunda Aprilis anno hujus sæculi vigesimo sexto eidem omnia ejus Manuscripta eriperentur, quæ postea ad Varsaviensem Nuntium Apostolicum fuere transmissa. mature discussis deprehensum est, multas in illis contineri propofitiones palam hæreticas, & alias hærefi affines. Hinc Nuntius tantum apud

1

2

h

n

n

H

SERVICE THE PARTY

Samuel State

MARK OF DESIGNATION AND ADDRESS.

(MACHINE MACA)

A JAMAN

HUBBER

SHE SHEET SHEET

MERCHANIST MANAGES

Sæc. XVIII. Augustum Poloniæ Regem effecit, ut A.C. 1732. Bellisomus ad Lipsiensem arcem Mense Augusto captivus abduceretur; Datum erat negotium Patri Phoctio Jesuitæ, ut infelicem Marchionem ad faniora reduceret, eumque ad ejurandos errores fuos, facta spe veniæ, impellere adlaboraret: Haud cunctanter monits cessit captivus, ac tertio post Mense ejusdem anni in Sacello Lipsiensi re tractatis propolitionibus erroneis pu blice fidei professionem emisit, propterea die vigesima quarta Novembris anni fequentis a Poloniæ Rege libertat redditus: Ejus vero palinodiam non nisi simulatam suisse, patuit; mox e nim ad pejora prolapíus, palam per niciolos errores in populos diffudit quocirca petente Pontificis Nuntil Variaviam abductus fuit, ubi integu triennio in carcere hæsit, tandem ven impetrata errati venia in libertaten assertus est, ea tamen lege, ut pro tious Papiam contenderet, ibidem, qua decernenda effent, expectaturus; iple vero fibi male confcius anno huju fæculi vigefimo octavo recta Jenam pe Referent Scriptorum nonnulli, iplum ibi Lutheri dogmata palam fuille professum, Mazzuchellius tamen, qui hujus miseri viram & fata description de ejus apoltafia, & inquisitionis senVII

, ut

enle

tum

tæ,

iora

ores

dla-

nitis

enle

re

pu

pro

bru

rtat

non

X. B

per

idit

ntio

egil

ven

ten

bro.

qu?

iple

ujus

1 pe

ulli

uille

qui

fen-

entia

tentia nil omnino memorat. Utut autem Sæc. XVIII. fit, id certissimum est, quod Marchio ad A.C. 1732. abstergendam infamiæ maculam plures ediderit apologias, & quidem anno hujus sæculi trigesimo libellum vulgarit, in quo Inquisitorum sententiam adversus ipsum pronuntiatam fuisse nullam, demonstrare moliebatur. Juvat illius summam adducere, ut inde pateat, quam insirma sit illorum excufatio, quos culpæ evidentia condemnat: Sic ergo orditur:

I. "Judices Romani nullum ferva-"verunt ordinem in caussa Bellisomi "detenti in carcere Lipsiensi, a die " 2. Aprilis 1726. usque ad diem 24. "Novembris 1727, Toto tempore suze "captivitatis ipse neminem potuit al-"loqui, ad neminem scribere, solum " permissum fuit Patri Phoct Jesuitæ "accedere ad captivum, cujus manu-"fcripta omnia atque libri cuncti sur-" repti fuerunt & ad Nuntium Varso-"viensem transmissi, ut spolio libro-"rum ablatorum fuam amplificaret "Bibliothecam; hoc spolium commis-"fum fuit a milite transmisso ex Var-"fovia, atque eodem momento ipfe "Bellisomus captivus ductus est in Ca-"strum Lipsiense, suaque manuscripta "& libri fublati."

Hift. Ecclef. Tom. LXXIV.

F II.

HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXVII 82

Sæc. XVIII.

SHOW THE PARTY

Land to the land of the land o and Distribution

排除性期提供資格付款

1 人

No. PROPERTY.

SECRETARING SEC.

II. "Post duos Menses prædicus A. C. 1732., P. Phoet accedebat ad captivum, qui "nomine Nuntii Varsoviensis hoc cri-"men referebat, quod nimirum pluries "ex carcere ipsi assignato aufugisse "Bellifomus. "

> III. "Idem P. Phoct nomine ejus " dem Nuntii Varsoviensis proposui "circa finem Augusti Anno 1726. quo "Bellifomus reus effet judicatus a ti "bunali Inquisitionis propter decem "feptem propositiones assertas & tan " quam hæreticas recognitas, & eider "fignificabatur, optimum fore, f "veniæ ipfi oblata, modo ut propol "tiones illas absolute retractaret, a "que deinde professionem sidei Catho "licæ emitteret in facello Lipfien "præsente populo. Utrumque mandi "tum adimpletum fuit ab eodem o "ptivo. Notandum autem, quod fps "libertatis fuit inanis; mansit en "Bellifomus captivus a menfe Augul "1726. usque ad 24. Diem Novembri "1727. neque captivus unquam libe "ratus fuisset a Romanis Inquisitor "bus, nisi Potentissimus & Clemen , tislimus Rex Poloniæ significasset No "tio Varsoviensi, quod Bellisomus & "carcere & Castro Lipsiensi esset "mittendus." at Que

VIL

ictus

qui

cri-

gisset

ejus

olu

que

a tri

em

tan

iden

opol

, 2

ath

ien

and

n ch

1 lpe

enin

igult

mbn

libe

fitor

emes

Nuo

us el

et di

QUE

"Quæritur nunc, utrum talis pro- Sæc. XVIII. "cedendi modus sit conformis juri Ca- A.C. 1732. "nonico, atque legibus Imperatorum "nec ne?

IV. "Contra absentem a judicibus, " qui caussam instruere volunt, nullus "libellus præsentandus est, quoniam "reo absente libellus accusationis frustra "offertur C. 33. quæst. 9. cap. 18. 19. 21. "Item Caus. III. quæst. 8. legitur de ab-"sentibus non judicandis. Innocentius III. "cap. un 10. ut Ecclesiastica beneficia "fine diminutione conferantur, hæc "verba habet: Proponebas, quod cum nullus debeat sine accusatione damnari, nec aliquid circa negotium illud sit factum in forma judicii, ideo is, qui convenitur etiam si nihil præstiterit, debeat absolvi. "Præterea captivus non fuit vocatus "in jus, quia aberat, cum tamen ci-"tatio sit omnium judiciorum funda-"mentum, utpote sine qua omnia, "quæ in negotio aut loco adver-" sus absentes aguntur, viribus careant. "Nam neque civilis neque naturalis "ratio quemquam indefensum judicari "permittit, Glossa pen. C. X. Eccles. "S. Mariæ 10. de Constitutionibus, "Tit. 2. Lib. 1. unde nullo modo tolli "possunt nullitates. Item Clementina "pastoralis de sententia & re judicata "docet in rubrica, quod sententia lata

84 HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXVII.

Service Control

MINISTER OF STREET

mentagen

村 湯料料

BERRY TO

District Co. Lo.

mainterprinality of the

Sæc. XVIII.,, contra citatum extra citantis territo-A.C. 1732., rium existentem, nulla est ipso jure. "Hisce canonibus addi possunt alii ad-"ducti. C. III. quæst. 9. cap. 2. C. XIII. , cap. 4. C. V. quæst. 2. cap. 3. ex Da-, maso Ep. 6. ad Episcopos Italiæ. Im-"peratores etiam edixerunt: Absentem "in criminibus damnari non oportere; & "postea: satius enim effe impunitum relin-" qui facinus nocentis, quam damnare in "nocentem. Digest. Lib. XI. tit. 19. de " pœnis. Huic legi relatæ ab Vlpia "no lib. 8. de officio Proconfulis add "debet decretum Severi & Antonin "Magni, nequis absens puniatur, & how ., jure utimur, ne absentes damnentur, negui "enim inaudita caussa quemquam damnan " æquitatis ratio patitur, ibidemque tit , 17. de requirendis vel absentibus dam-"nandis; item de requirend. absentibus " & non damnandis: Vide Codicem "Lib. 19. tit. 11. de quæstionibus." V. Evictum est itaque, processum "fuiffe nullum, detentionem injustam, " fententiam latam ad retinendum Bel-"lisomum captivum juribus non esse " conformem. Si admittamus Decreta "Romanorum Pontificum, hoc est Cle-

"mentis III. Anno 1090. & Innoc. Ill. "Anno 1212. Lib. 2. de sententia & re

"judicata, cujus sunt verba Cap. 10.

VII.

rito-

ad-

XIII.

Da.

Im.

ntem

; &

elin-

9 111

de

pia.

addi

nin

hos

nan

tit

am.

bus

cem

um

am,

3el·

elle

eta

lle-

111.

c re

10.

cem

"lata non valet; dicendum erit, fen-Sæc. XVIII.
"tentiam ipfam, cum fit contra juris A.C. 1732.
"ordinem lata, retractandam venire
"& non nifi tanquam fubreptitiam ad"mittendam. Ipfimet Romani Pon"tifices tota C. XXXV. quæft. 9. c.3.
"tradunt idipfum. Item Hilarius Papa
"Anno 465. decernit, corrigendum effe,
"quod illicite admittitur, aut a præ"decefforibus admiffum invenitur:
"Item cap. 4. fatetur Gregorius Anno
"867. fecundum fuæ conditionis te-

"norem Apostolicam posse mutari sen-"tentiam. In eundem sensum loqui-"tur Nicolaus Papa cap. 17. sententiam "Romanæ Sedis in melius commutari "licere. Bernardus in Ep. 180. hoc

"encomium tribuit Apostolicæ Sedi "his verbis: hoc solet habere præci-"puum Apostolica Sedes, ut non pi-"geat revocare, quod a se sorte de-"prehenderit fraude elicitum non ve-


"ritate promeritum. Credi nec debet "nec potest, justissimum Pontissicem "Benedictum XIII. voluisse violare Ca-"nones, quorum sese vindicem esse,

"ostendit exemplo prædecessorum Ge-"lasii, Hilarii, Zosimi, Damasi, Gre-"gorii, Leonis IV. quorum quidem De-"creta reseruntur C. 25. qu. 1. cap. 1.

"4. 7. 9. 12. Alia etiam ratio & "quidem gravissima, propter quam

F 3 , fub-





Sæc. XVIII. " fubreptum esse summo Pontifici evi-

新からは、新日

Complete Com

聯种自由和政府

1 强相关()

III III MATERIAL IN THE PARTY OF THE PARTY O

WEST PLAN

OH! DONOTHE SE

MARINE PROBLEM PRO

A. C. 1732., dentissime apparet: Bellisomus et-,, enim per multos annos in carcere "Romano detentus fuit, & quidem "propter easdem propositiones hæreti-" cas licet retractatas Romæ An. 1716. "absolutus fuit; quid autem magis "iniquum, quam hominem retinen ", captivum propter idem crimen, cum " alias fatisfecerit? repugnat enim re "iteratio poenæ canonicæ auctoritate "& legibus, fiquidem tunc poena tan ,, tum est repetenda, quoties crimen "renascitur, tit. 41. de pœnis, cap. 1 "item 51. aliter de crimine satisfactun "ibidem cap. 3.

VI. "Multo major est iniquitas in "renovato Decreto arresti contra eun "dem Bellisemum Papiæ remansurun "loco carceris; siquidem constat la ,, quisitoribus, a quocumque seu cri mine seu poena eum fuisse ex mandato "Clementis XI. absolutum, uti patel "ex literis Cardinalis Bentivoglii;

Harum tenor eft.

Præsentibus hisce notum facimus, qual ex facultate Nobis a Santtissimo D. N. Clemente Papa XI. præcipue per litera die vigesima quinta Julii Anno 1716. al Nos datas facta Franciscum Bellisomun hodie vigesima quinta Octobris ejusdem ann tam in forq interno quam externo solemni VII

evi-

et-

cere

dem

reti-

716. agis

neri

cum

1 16

tate

tan

mel

p. 1.

tun

SI

eun

run

· lo

CIL

dato

atel

lii:

quos

). N

tera

. at

mun

anni

emniter vimus.

Bentivoglius Archiepiscopus Chartaginensis Nuntius Apostolicus in Francia.

VII. "Dubitari autem non potest, "Benedictum XIII. imitari, & exequi "Gregorii Magni Decreta, C. 25. qu. 1. , cap. 15. hæc enim docent his verbis: "Justitia ac rationis ordo suadet, "ut qui fua a fuccessoribus desiderat "mandata fervari, prædecessoris sui "proculdubio voluntatem & statuta " custodiat. Itaque si jure petitur ob-"fervatio decreti Clementis XI. absol-"ventis Bellisomum in utroque foro, "mirandum est, quomodo pro eadem , caussa propositionum retractatarum ite-"rum debeat Papiam proficisci Belli-"fomus, ibique remansurus loco car-"ceris."

VIII. "Est etiam alia caussa gravis"sima, qua jure absolvitur Bellisomus,
"ne se constituat Papiæ loco carceris;
"locus enim, ad quem ipse vocatur,
"ut ibidem maneat, non est ipsi tutus,
"& propterea non tenetur illuc se con"ferre juxta Clementinam Passoralis
"cap. 2. qua decernitur sententiam la"tam contra citatum, ut sese præsen-

Sæg. XVIII.,, tet loco non tuto, nullam effe, lo

PHONE BUT THE

San Control of the Co

(100mm)(100mm)(100mm)

WHEN STREET

AL SHAPE

HARRIE .

唯巴斯 任 []]

OHK PERSON ASSESSED.

AND DESCRIPTION OF THE PARTY NAMED IN COLUMN TWO IS NOT THE PARTY NAMED IN COLUMN TWO

A.C. 1732., cus autem tuto adiri non potelli " caussas autem adducit Bellisomus "propter quas Papia non potest est "tutus locus, quoniam cum agatur de " caussa pertinente ad Inquisitionem & "ibidem resideant Inquisitores, qui " fefe declarant adversarios ipsius pro "pter libellum editum de abusibus la "quisitionis Italicæ atque eidem Bell " fomo attributum, non potest ipsorun "judicio fese submittere, siquidem qui "inimici funt aut suspecti, non pol-" funt esse judices, atque adeo jun , possunt recusari, C. 3. qu. 5. cap. 15 "item cap. quod suspecti. Cap. suspensio "nis de officio delegatorum. "magis etiam iidem Inquifitores tan " quam suspecti de inimicitia recusand ", funt propter alium libellum ipfi im "putatum, quo exponitur Imperato "rum potestas circa disciplinam Eccle "fiæ. Itaque Papia, quæ ipfi loo ,, carceris est assignata, nullo modo el , locus tutus. Alia etiam est caulli ,, urgentissima, quare non potest Bel "lifomus fe constituere captivum Pa "piæ ad arbitrium suæ Sanctitatis "quia cum eadem Sanctitas Literis ,, fub die 5. Julii 2727. hæc dicat:

Santissimus Dominus Noster ex cons lio S. Congregationis S. Officii, volens ad implere (VII

, 10-

otest:

mus,

t effe

ur de

må

qui

s la

3ell

nurc

pol

jun

0. 15

ensio Iulti

tan

and

im

rato

ccle

loco o ell

aulla

Bel

Pa

tis

teris

only ad

plere


implere Regiæ Majestatis Juæ Poloniæ Re-Sæc. XVIII. gis desiderium, concessit, ut Abbas Fran- A.C. 1732. ciscus Bellisomus ex arce Lipsiensi ad Papiensem Civitatem pergeret, ita tamen, ut breviore itinere, quin se (excepto necessitatis ca/u) alior fum detineat, eo contendere, ibidemque loco carceris remanere teneatur, Marchio autem Bellisomus ejus Nepos ea omnia plene observare cogatur, Jub pæna duorum scutorum millium monetæ Romance incurrenda, si vel in minimo defecisse deprehensus fuerit; mulcia autem ad Jummi Pontificis arbitrium ad caullas pias Id Nuntius Apostolicus applicanda fit. poterit Regiæ suæ Majestati insinuare, executio tamen hujus sententiæ disteratur, donec sufficiens cautio de securitate a præsato Marchione præstanda habeatur, quem in finem ad eundem Marchionem eadem occasione perscribendum est, ut de ejus voluntate certo constet.

IX. "Originalis hæc Epistola ex-"tat in manibus Bellisomi transmissa "ad ipsum a Domino Acoramboni ex "Dresda secretario suæ Majestatis Po-

"lonicæ."

"Alia nunc est Epistola exhibenda, "cujus exemplar originale extat quo-"que in manibus Bellisomi, hæc au-"tem Epistola transmissa est ad Belli-"somum a Domino Santini demortuo "Archiepiscopo & Nuntio ex Varsovia F 5

BIBLIOTHEK PADERBORN



Sæc. XVIII.,, 5. Novembr. Anno 1727. hæc autem A.C. 1732.,, funt verba epistolæ sequentia.,,

成和新祖在另

memor The

自然的

HATTER PROPERTY.

A MALESTA

H H H H H H H

MARINE THE

SO SHOWS IN

SERVICE STREET, STREET

Singulari lætitia Dominationi vestra significare possum, inter alias literas, qua modo Roma recepi, mihi ab Eminentissimo Lercario demandatum esse, ut Eidem intemarem. Sanctitatem suam consensisse, ut ab huiate arce Dominatio vestra liberare tur: Concedit insuper, ut Papiam ad petriam suam sese conferre queat, ita tame ut breviorem viam suscipiat, & nullibinis urgente necessitate, sese detineat. In præsata Urbe de mente Sanctitatis su certior siet, nec dubito, quin sua Dominatio sese ejus voluntati plene conformatura sit.

X. "Quis non recognoscit in hall "postrema epistola gravamina no "Bellisomo inferenda & quidem gra "vistima? Hæc certe gravamina "referuntur, ut Bellisomus palam "bellos de abusibus Inquisitionis lta "licæ & de auctoritate Imperatorul "circa disciplinam Ecclesiæ revoce .. & detestetur, tanguam continentes "errores maximos contra fidem & Ma "jestatem summi Pontificis. " ergo deducitur, quod novus erat III "ftruendus processus contra Bellilo "mum tanquam fugitivum & relaplum "in hæresin, atque ad minus perpetul "& arcto carcere puniendum; cum ,, all VII.

item

estra

quai

Jimo

21111-

, 11

rath

d po

amen

llibi,

. In

Domi

rma

han

novi

gra el

n

Ita.

nurc

7 Oce

entel z Ma

Him at in

ellilo pfum

etuo

cum ,, au " autem decretum novum sit gravius Sæc. XVIII. "arresto ipso Lipsiensi & Papiensi & A.C. 1732. " relaxatio a carcere Lipfienfi per prio-"res litteras sub die 5. Julii 1727. sit "concessa a Papa absque conditione "novorum præceptorum, non potuit "neque debuit absque nova stipula-"tione Bellifomus talibus juffionibus "lubjici, cum potuisset præferre car-"cerem Lipsiensem & illum præponere "arresto Papiensi propter nova hæc " præcepta maxime gravia Bellisomo. "Propter hanc ergo variationem de-"cretorum etiam fideijusfor Abbatis "Bellisomi Marchio Cajetanus Hanni-"bal Bellisomus, ejus ex fratre Nepos ,, est absolvendus ab onere fidei justionis "in scut. summa 2000. monetæ Roma-", næ Pontifici solvendæ, cum tamen fi-"deijussor non fuerit stipulatus cum "eodem Romano Pontifice, nisi ut "Abbas/Bellisomus veniret Papiam & "ibi maneret loco carceris; & certe "non consensisset in prædictam sidei "justionem, si nova hæc gravamina "contra patruum fuissent prædicto ex "fratre Nepoti propofita."

"Postremo efficacissima ratio, ob "quam Bellisomus tanquam contumax "non potest puniri, neque summa con-"venta ab ipsius Nepote sidei jussore "exigi, ea est, quod in jus vocatus,

,, ~

HISTOR ECCLES. LIB. CCXXVI CI

ENDAHIST 1

Internation of the last

网络科技科区外的科技科技

MANUFACTURE PROPERTY.

建一种种种

THE REAL PROPERTY.

概念的背景程序

CAN DESCRIPTION OF NAME OF THE PARTY OF PERSONS ASSESSED. Sze.XVIII., & non comparens multis ex cauff A. C. 1732.,, absolvitur ab lunocentio III. X. tit. " ut lite non contestata. Decidit enin "Papa his verbis: Qui sine culpat , absens, ut si ægritudine, avt alio ju impedimento forsitan teneatur, aut etia propria sed non malitiosa voluntate in " motis partibus moram faciat, ut de cili vel in brevi citari non possit, ei qui dem præjudicari non debet, cum habit for fan exceptiones legitimas ad intention contrariam elidendam. Hac eadem ! tione excusandus est fidejussor a " lutione fidei juffionis. "

121

n

fe

de

8

Ju

de

gi

CO

tu

Ta

tis

te

Lex, quæ probari non vult, meri suspecta est, & si non discussa & proba dominetur, improba est, ita Tertulliani "in Apologetico: manet ergo Petri pi , vilegium ubicumque ex ipfius ferti "æquitate, judicium, Caussa XXII

"qu. 1. cap. 5.

S. XVI.

Fæderatorum Ordinus Acerbiora edicta contra Clerum & Catholicos.

Vide Supra Inimvero Clerus & Catholici in Be tom. 73. gio gravissime in conscientiæ libet p. 415. 8 tate & Religionis suæ exercitio læde hoc tomo bantur edicto illo, quod Fœderati Or pag.23. dines anno priori promulgabant: N Ene. Sylv.